



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Benedictio anchonarum seu imaginum Dei & sanctorum. c. 10

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

De benedictione imaginum

re: vt tuis sc̄tis patrocinijs fulti ad celestia regna mereamur
puenire. **Ps.** Magnificat aia mea dñm. fol. 165. **Oremus.** **Oratio.**

O Deus, q̄ de beate Marię virginis vtero verbū, tuuz ange-
lo nunciante carnē suscipere voluisti, p̄sta supplicib⁹ euz
vt q̄ vere eā genitricē dei credim⁹, eius apud te iter cessionib⁹
adiuemur. Per eūdem Ch̄istū dñm nō. **R.** Amen. **Alia oratio.**

Omnipotens sempiternę Deas, qui elementię tuę dispo-
sitione, cuncta ex nihilo creasti, hęc imaginem in honores
plissimę genitricis filij tui Dñi n̄ri Jesu Ch̄risti venerabiliter
adaptatā bene **+** dicere, et sc̄ti **+** ficare digneris: et p̄sta mi-
ricordissimę pater p̄ inuocationē nominis tui atq̄ v̄ngenti filij
tui Dñi n̄ri Jesu Ch̄risti: quem pro salute humani generis, inte-
gritate virginis Marię seruata, incarnari voluisti: quatenus,
precibus eiusdem sacratissimę virginis, quicūq̄ eandem misē-
ricordię reginā et gloriofissimam dominam nostram corāz hęc
efigie suppliciter honorare studuerint, et de instantibus pericu-
lis eruantur, et in conspectu diuinę maiestatis tuę de commissis
et omisis veniam impetrent, atq̄ mereātur in p̄senti gratias,
quam desiderant adipisci, et in futuro perpetua saluatione cum
electis tuis valeant gratulari. Per eundem. **Oremus.** **Oratio.**

O Deus, qui beatissimam virginem Mariam matrem tuam,
mundi dominam, cordis illuminatricē, atq̄ nauigan-
ti in fluctibus huius seculi maris stellam, et ducem, s̄m sacratissi-
mum nomen suum cōstituisti: concede (que sumus) vt qui hoc
dulcissimū nomen recolendo veneramur, et eius imaginem ho-
noramus, in cunctis actibus nostris ab ipsa gubernari, illumi-
nari, atque dirigi mereamur. Qui viuis et regnas cū Deo p̄c̄ et

Postmodum imago aspergatur aqua benedicta: et turbithetur.

De benedictione Iconarū seu imaginū et sc̄torū **Cap. 10**
+ Adiutorij n̄ri. **R.** Qui fecit. **+** Dñe exaudi orat. **R.** Et
mor. **+** Dñs vobiscū. **R.** Et cū spiritu tuo. **Oremus.** **Oratio.**

Omnipotēs sempiternę Deus maiestātē tuam suppliciter
exoramus: vt Iconā hanc, in qua gloriofissima imago vel
imagines filij tui Dñi n̄ri Jesu Ch̄risti, et gloriofę virginis Ma-
rię m̄ris eius, et sancti **II.** **+** sc̄torū **II.** et **II.** depicta est **+** vel
benedicere **+** et sancti **+** ficare digneris: ante quas quicumque
ob defensionē ad te ipsas adorādū se deuote inclinauerint, salutē
mentis

mentis, et corporis psequant: et a cunctis periculis liberent: et quod in iuste petierint, obtinere mereant. Per eundem. **Oremus.**

Omnipotens sempiternus Deus, qui sanctorum tuorum imagines siue effigies sculpi, aut pingi non repudias: ut quoties illas oculis corporeis intuemur, toties eorum actus et sanctitatem ad imitandum memorie oculis meditemur: hanc (quod) imaginem seu sculpturam in memoria et honorem tui, **vel** unigeniti filii tui Domini nostri Iesu Christi: **vel** beatissime virginis Marię: **vel** beati Petri apostoli tui: **vel** martiris: **vel** confessoris: **aut** pontificis: **aut** virginis, adaptatam bene dicere, et sanctificare digneris. Et presta, ut quicumque coram illa, te, **vel** filium tuum: **vel** beatissimam virginem: **vel** gloriosum apostolum, martyrem, confessorum: **vel** virginem, suppliciter honorare studuerit illius precibus et obtentu a te gratiam in presentium, et eternam gloriam obtineat in futuro per Deum. **Ultimo aspergantur aqua benedicta: et thurificent.**

Benedictio pabuli animalium. scilicet hordei, aueni, et ceterorum: quae in aliquibus regionibus fit in festo sancti Stephani protomartyris. C. I. I.
Adiuutorium nostrum in nomine Domini. Re. Qui fecit. Postea legatur lectio de actibus apostolorum. Lectio actuum Apostolorum.

In diebus illis: Stephanus plenus gratia et fortitudine faciebat prodigia, et signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga, quae appellabatur libertinorum, et cyrenensium, et alexandrinorum, et eorum qui erant a Cilicia, et Asia, disputantes cum Stephano: et non poterant resistere et sapientie et spiritui, qui loquebatur. Audiens autem haec, discabant cordibus suis: et stridebant dentibus in eum. Cum autem esset Stephanus plenus spiritu sancto, intendens in celum vidit gloriam Dei, et Iesum stantem a dextris virtutis Dei, et ait. Ecce video caelos apertos, et filium hominis stantem a dextris virtutis Dei. Exclamantes autem voce magna permouerunt aures suas: et impetum fecerunt unanimiter in eum. Et eiciens eum extra civitatem, lapidabant. Et testes deposuerunt vestimenta sua, secus pedes adolescentis: qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanum invocante et dicente. Domine Iesu accipe spiritum meum. Positis autem genibus clamavit voce magna, dicens. Domine ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormiuit in Domino. **Subsequatur euangelium. Sequentia sancti euangelii secundum Mattheum.**

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile factum est regnum celorum homini, qui seminavit bonum seminem in agro suo. Cum autem dormiret homines, venit inimicus eius, et superseminavit